

# Q. SEPTIMII TERTVL-

LIANI, ADVERSVS IVDÆOS, LIBER.



ROXIME accidit, disputatio habita est Christiano & profelyto Iudæo. Alternis uicibus contentioso fune, uterq; diē in uesperā traxerunt. Obstrepentibus etiā quibusdam spectātibus, singulorū nubilo quodā ueritas obūbrabatur. Placuit ergo quod per concentum disputationis minus plene potuit dilucidari, inspici curiosius, & lectionibus stilo quæstiones retractatas terminare. Nam occasio quidem defendendi etiā gen-

tibus sibi diuinam gratiam, habuit hinc prærogatiuam quod sibi uindicare dei legem instituerit homo ex gētibus, nec de profapia Israelitum Iudæus: hoc enim fat est, posse gentes admitti ad dei legem, ne Israel adhuc superbiat, quod gentes uelut stillidium situlæ, aut puluis ex area deputentur. Quanquam habeamus ipsum deum idoneum pollicitatorem, & fidelem sponsorem, qui Abrahæ promiserat, quod in semine eius benedicerētur nationes terræ, & quod ex utero Rebeccæ duo populi & duæ gētes essent processuræ utiq; Iudæorū, id est Israelis, & gētium, id est noster: uterq; ergo & populus & gens est appellatus, ne de nominis appellatione priuilegiū gratiæ sibi quis audeat defendere. Duos etenim populos & duas gentes processuras ex unius sceminæ utero deus destinauit, nec discreuit gratiam in nominis appellatione, sed in partus æditione: ut qui prior esset de utero processurus, minori subijceretur, id est posteriori. Sic namq; ad Rebeccam deus locutus est: Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de uentre tuo diuidentur, & populus populū superabit, & maior seruiet minori. Itaq; cū populus seu gens Iudæorū anterior sit tempore, & maior per gratiā primæ dignationis in lege, noster uero minor ætate temporum de Rebecca, de duobus populis intelligitur, id posse in ultimo seculi spacio adeptos noticiam diuinæ miserationis, proculdubio secundū dictū diuinæ locutionis, prior maior populus, id est iudaicus, seruiat necesse est minori, & minor populus, id est Christianus, superet maiorē. Nā & secundū memorias populus Iudæorum, id est antiquior, derelicto deo, idolis seruiuit, & diuinitate abrelicta simulachris fuit deditus, dicente populo ad Aaron: Fac nobis deos qui nos antecedant. Quod cū ex monilibus sceminarum & anulis uirorū aurum fuisset igne conflatū, & processisset eis bubulum caput, cui figmēto uniuersus Israel ab relicto deo honorē dederunt dicētes: Hi sunt dii qui nos eiecerūt de terra Aegypti. Sic nāq; posterioribus temporibus quibus reges eis imperabāt, & cū Hieroboam uaccas aureas & lucos colebāt, & Bahalī se mancipabāt. Vnde probatur eos semper idololatriæ crimine reos designatos ex  
instrumento

Als\* edictum.